

Forfatter: Foxall, John

Titel: BREV TIL: Gyldenstjerne, Mogens FRA: Foxall, John (1567-04-21)

Citation: Foxall, John: "BREV TIL: Gyldenstjerne, Mogens FRA: Foxall, John (1567-04-21)", i *Breve til og fra Mogens Gyldenstjerne og Anne Sparre (3. bind)*, NIELSEN & LYDICHE, s. 190. Onlineudgave fra Danmarks Breve: <https://tekster.kb.dk/text/letters-000743146-003-shoot-L0007431460030123.pdf> (tilgået 27. juli 2024)

Anvendt udgave: Breve til og fra Mogens Gyldenstjerne og Anne Sparre (3. bind)

Ophavsret: Materialet er fri af ophavsret. Du kan kopiere, ændre, distribuere eller fremføre værket, også til kommercielle formål, uden at bede om tilladelse. Husk dog altid at kreditere ophavsmanden.

[Læs Public Domain-erklæringen](#)

London, 21. April 1567.

John Foxall til Mogens Gyldenstjerne.

Han har lastet Skibet „The Primrose of Newcastle“, Kaptajn Thomas Gray, med Krigsmateriel til Kongen, Skyts, Kugler m. m., og der medfølger 20 Bøsseskytter og 2 Dykkere. En Kaptajn, John Marychurch, der følger med Skibet, anbefales til Kongens Tjeneste. John Hawkins, om hvem han har skrevet, anvendes af Dronningen, men har lovet ved Rudolf Clayton at sende en Pinasse med 20 Stkr. støbt Skyts. Admiralen har tilbagekaldt to Pinasser, som vilde tage Tjeneste i Sverrig, og nogle Adelige, der havde udrustet dem, er kastet i Fængsel. Naar Dronningens Breve til Kongen er udfærdigede, vil han hurtigt begive sig til Danmark med dem. Han beder om at faa 1000 Dlr. udbetalt til sin Tjener Robert Palmer, da han har maattet laane 1500 Dlr. og har kavtioneret for, at de vilde blive betalt i Danmark.

Imposui in hanc nauem egregie conditam, amplissime vir, quæ appellatur The Primrose of Newcastell, cuius magister est Thomas Graius, apparatus regie maiestatis bellicum videlicet colubrinus xx integros, v semicolubrinus, v sacros, ij falcones. In eadem præterea nauem contuli ad displosionem tormentorum eorundem glandes colubrinas 1340, transuersi ferri 50 et cathenati ferri 50 pro eisdem colubrinis, 50 glandes pro falconibus, 200 pro sacris, 100 pro semicolubrinis, tormentorum magistros 20, vrinatores duos. Paraueram antea vrinatores quatuor, sed iam mutata sententia duo nulla pecunia possunt impelli, ut in Daniam ueniant. Sed ne in Selandiam missus a me nuncius alios duos illic poterat ulla mercede conducere, quanquam spero regio vsui hos duos satis commodo satisfacturos. Effeci præterea, ut capitaneus quidam Johannes Marychurch, apud nos ualde nobilis propter peritiam naualis militiæ, in hac naue sub rege meriturus ueniret, quem ita tuæ amplitudini commendo ut hominem, pro cuius fide in rebus gerendis fidem meam audeo obligare, precorque, ut cum eiusmodi sit, cui rex suas res nauticas tuto possit credere, pari apud eum dignitate excipiat. Johannes Hawkins, pro cuius naue et bonis ad tuam amplitudinem s. 191scripsi ¹⁾, a regina nostra detinetur in priuatum aliquem Angliæ nostræ vsum, ne possit in Daniam uenire. Ille tamen nihilo minus pollicetur se per Rodolphum Clay-tonum, ut regie maiestati propter clementiam gratificetur, missurum nauem celeriore, quam Anglice „a pynace“ nominamus, cum 20 fusilibus tormentis, quod si fecerit, erit, cur de cætero maior ei fides habeatur. Dominus admiralis Angliæ reuocauit illas duas naues, pynaces, quæ decreuerant sub rege Swetiæ contra regem uestrum mereri, et e generosis, quorum opera erant paratæ, aliquot in carcerem coniecit, ut ab illis nihil sit, cur rex sibi metuat. Vbi primum regina nostra literas suas ad regem uestrum parauerit, ego cum illis statim in Daniam aduolabo. Interim hoc sine pro solita tua in me benignitate impetrem, vt si famulus meus Rob. ²⁾ Palmerus a tua amplitudine 1000 daleros poposcerit, uelis pro illis dependendis apud regiam maiestatem agere. Nam propter pecuniæ defectum 1500 daleros hic contraxi, quos in Dania resoluendos suscepi. Sed nimium tuæ humanitati sum molestus, at minus tamen ero, si memineris, me totum in tua potestate positum existere. Valeat tua amplitudo. Londini 21. aprilis 1567.

Tui honoris studiosissimus
Hans Ffoxall.

(Bagpaa: Seglet, Udskriften og Mogens Gyldenstjernes Paaskrift:)

Ornatissimo viro domino Magno Gilderstein, serenissimi Dacorum regis consiliario.

Annamet 2. dag maj 67.